IOSEPHUS FLAVIUS
Admont (?), um 1138/1165 Seite 85v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mercede. Inichil aliud quam tyranno
conueniente ad iniurias potentissimorum
ciuium illius ministerio preparati. mulie
res autem ac iuuenes propter spectaculorum
et monomarchorum munera. in quibus solet
uulgo delectatio ministrari. Ipropter
carnium dilacerationes quas in ludis
agebat gaius. ut quasi populo uoluptatem
exhiberet. puerilitate autem ad facien
dam suae crudelitatis insaniam. Serui
autem donos contempnebant. et ad iniurian
dum eos eius fulciebantur auxilio. facile
namque eis mentientibus contra donos cre
debatur. eorumque pecunias ostendentibus
et libertas et diuitiae succedebant. nec
accusatione metuebant poenam. quibus
erant proposita premia. octaua pars
substantiae senatorum. Igitur uel si aliquibus
in theatro credibilis uidebatur de gai
peremptione sermo eo quod aut prescissent
insidias aut optassent de his quae nunti
abantur non solum gaudia retinebant sed
etiam audire hoc uel dicere fugiebant.
metuentes ne cum uerum non appareret
poenae succumberent. quasi uota suae uolun
tatis aperientes. Illi uero qui insidias prosci
ebant amplius se celabant. formidan
tes ne dum alicui amatori tyrannidis
hoc panderent prodentes. uiuente ga
io punirentur. Nam et alius sermo fuerat
dispersus in populo. quia res quidem a ciura
tis fuisset temptata. non tamen gaius ex
tinctus sed ablatus a medicis ductus fuisset
ad curam. nullusque erat uerax cui se
quicumque committeret aut suam panderet
uoluntatem. Nam et si quis amicus erat. propter
fauorem tyranni uidebatur esse suspectus.
et multo magis odiosis non poterat cre
di. Dicitur autem senatoribus a quibus dam eorum ani
mos perturbantibus. eo quod inter ipsa peri

cula atque uulnera ut erat sanguine cru
entatus uenisset in forum. Intentionem habuisse
ad populum. quae reficiebant eorum mentes neque lo
ca suae custodiae relinquebant. formidantes
ne in illis quilibet inpingeretur culpa. quan
do non quae uoluntate discederent accusari
poterant aut damnari. sed quemadmodum
uellent accusatores aut iudices. Cum itaque
turba germanorum euaginatis gladiis
spectaculum circumdedissent. cunctis spec
tantibus metus suae perditionis accessit. et ex
omnibus aditibus terror erat. quasi repente in
gredientium gladiis caperentur. Ineque dis
cedendi securitatem habebant. nec in the
atro poterant morari sine periculo. Illis
igitur inruentibus in theatro fragor eruptus
est supplicantium atque dicentium. quia et quae co
gitata fuissent si tamen aliquid peruenisset
et quae dicebantur gesta nescirent. et deberent
parcere nec alienam presumptionem eis qui non essent
culpabiles irrogarent. sed exquirerent commis
sores. si tamen aliquod scelus probaretur esse commissum.
Et illi quidem haec et his pociora cum lacrimis et
prosecutione uultus sepius clamitabant. faci
entes ea quae periculi. Imortis uicinitas exi
gebat. Adhaec militum ira cessauit. Ipeni
tentia ducti sunt ne in spectaculo positi
constitutos occiderent. Erat enim crudele
etiam illis licet uiderentur exasperati.
portabant enim capita asprenae et eorum
quosuna peremerunt. Quae cum uiderent in spec
taculo positi. amplius sunt concussi pro dignita
te uirorum. Ihuius casuum. Qua propter et semet
ipsos a talibus erumnis euadere non crede
bant. et incertum sit fore si tanta possent
pericula declinare. Idoque licet aliqui aperte
et iuste odium circa gaium habuissent
eius alacritatis munus expellere cum ad tan
ta pericula peruenissent. et spe tocius ceci
dissent V I T E.